The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Consciencia n

cum fontibus proximo et primis

Sub ouina pelle uulpinam conscienciam abscondebam. Vulpina plane consciencia, tepida conuersacio, animalis cogitacio, ficta confessio,	Aliud ore dicebam, et aliud corde volvebam: et ita sub ovina pelle vulpinam conscientiam conservabam. Vulpina plane conscientia est tepida conversatio, animalis cogitatio, ficta confessio,	←	…et ita sub ovina pelle vulpinam conscientiam conservabam. Vulpina plane conscientia est tepida conversatio, animalis cogitatio, ficta confessio,… Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piisimae de cognitione humanae conditionis*, 10.29 (PL 184, col.502A).
breuis et rara compunctio; obediencia sine deuocione, oracio sine intencione, lectio sine edificacione, sermo sine circumscriptione.	brevis et rara compunctio; obedientia sine devotione, oratio sine intentione, lectio sine aedificatione, sermo sine circumspectione.	→	...pusillanimis tristitia est, quorum brevis et rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conversatio, quorum oboedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine aedificatione,... Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in ascensione Domini*, 6.7 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.153-4, ll.29, 1-6).
O quam dura sunt michi ista que loquor, quoniam meipsum loquendo ferio!	O quam dura mihi sunt ista quae loquor! quoniam meipsum loquendo ferio.		O quam dura mihi sunt ista quae loquor, quia memetipsum loquendo ferio,... Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 1.11.5 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.171, ll.82-85).
Verumptamen quia non me peccatorem nego sed peccatum meum cognosco,	Verumtamen quia me peccatorem non nego, sed peccatum meum cognosco,		Verumtamen quia me peccatorem non nego, sed peccatum meum cognosco, Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piisimae de cognitione humanae conditionis*, 10.30 (PL 184, col.502B).
erit fortasse apud Deum pium iudicem impetracio uenie ipsa cognicio culpe.	erit fortasse apud Deum pium judicem ipsa cognitio culpae, impetratio veniae.		Erit fortasse apud pium iudicem impetratio ueniae ipsa cognitio culpae.
Hugo libro I. de anima capitulo XV.	Auctor incertus (Bernardus Claraeuallensis?), *Meditationes piisimae de cognitione humanae conditionis*, 10.29-30 (PL 184, col.502A-B).		Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielem prophetam*, 1.11.5 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.171, ll.94-95).